

Die 24 Septembris.

In Festo S. Pii de Pietrelcina.

III classis (In Italia et Sicilia II classis)

Appendix Libri Usualis N° 780.

AD MISSAM.

Introitus Os justi. pag. 1200


Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui sanctum Pium, presbýterum, crucis Filii tui singulári grátia participem esse donásti, † et per ejus ministérium misericórdiæ tuæ mirabília renovásti, * concéde nobis, ut, ejus intercessióne, passiónibus Christi júgiter sociáti ad resurrectiónis glóriam feliciter perducámur. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas. Gal. 2, 19-20.

Frater: Ego enim per legem, legi mórtuus sum, ut Deo vivam: Christo confixus sum cruci. Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne: in fide vivo Filii Dei, qui diléxit me, et trádídít semetípsum pro me.

Grad.
V.




BE-á-ti * o-mnes qui ti-ment Dómi-
num, qui ámbu-lant in vi-is e-jus. Labó-res manu-
um tu-a-rum qui-a mandu-cá-bis. Be-á-
tus es et be-ne-ti-bi e-rit.

S. Pii de Pietrelcina, Confessoris non Pontificis




✠ Ecce sic be-ne-di-cé-tur homo




qui ti- met Dómi-num.




Be-ne-dí-cat ti- bi DÓ- mi-nus ex



Si- on, et ví-de- as bona Je-rú-sa-




lem * ómni-bus di- é-bus vi- tæ tu- æ.



Allel.
VII.



L-le-lú- ja. * ij.



✠ Vi-gi-lá- te í- taque, omni tém-po- re o-



rán- tes, ut digni ha- be- á- mi-ni fú- ge-re i-sta ó-mni-

S. Pii de Pietrelcina, Confessoris non Pontificis

a quæ fu- túra sunt, et sta- re an- te Fí- li- um

* hó- mi-nis.

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum. *Matth. 16, 24-27.*

In illo témpore: Dixit Jesus discí- pulis suis: Si quis vult post me veníre, ábneget semetípsum, et tol- lat crucem suam, et sequátur me. Qui enim volúerit ánimam suam salvam fácere, perdet eam; qui au- tem perdíderit ánimam suam pro- pter me, invéniet eam. Quid enim

prodest hómíni, si mundum uni- vérsum lucrétur, ánimæ vero suæ detriméntum patiátur? Aut quam dabit homo commutatióem pro ánimá sua? Fílius enim hómínis ventúrus est in glória Patris sui cum Angelis suis: et tunc reddet unicuíque secúndum ópera ejus.

Offertorium Véritas mea. *pag. 1203.*

Secreta.

Laudis tibi, Domine, hóstias immolámus in tuórum com- memoratióne Sanctórum: quibus

nos et præsentibus éxui malis con- fidimus et futúris. Per Dominum.

Communio Beátus servus. *pag. 1203.*

Postcommunio.

Refecti cibo potúque cœlésti, Deus noster, te súpplícés exo- rámus: ut, in cujus hęc com- me-

moratióne percépimus, ejus muniá- mur et précibus. Per Dominum.

Graphische Gestaltung und Vertonung: Holger P. Sandhofe, Bonn
© 2004 – Una Voce Deutschland e. V., Geldorpstr. 4, 50733 Köln

www.unavoce.de

www.nocturnale.de